



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Jacobus Nisib. E. 15. Iulii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

S. JACOBUS NISIB. E. 15. Iulii.

Ille Jacobus est, qui Pontifex Nisibensis mira oppidò agit. Pauca è multis hæc habe. Contra ius & æquum sententiam nescio quis Iudex tulit. Hic contra Iudicem JACOBUS testem produxit faxum verbo in sexcentas partes difframum. Sub aliud tempus hominem Di-vo objecerunt fictè mortuum. Ille pre-cibus primò verò mori, tum precibus i-terum non fictè fecit in vitam resurgere. Jam Saporis Persarum Regi urbem obsi-denti, ita Numine volente, ex muro ip-se Imperator esse est visus; mox in ejus exercitum ingens culicum agmen arma-vit, castrisque tam levi milite exuit. Il-lud non minus lepidum est. Lavabant ad fontem non Dianæ, sed Veneres. Et facile, ne Aetæon fieret, JACOBUS oculis imperasset, sed aures invitas procax sermo & leno risus pulsabat. Succensuit improbitati & suas fonti aquas ademit, puellis intempestivos canos addidit. Ili-cet ad horum aspectum erubescere deni-que leviculæ, & lacrymis fontem velle reparare. Et hunc quidem restituit civi-bus Pontifex, at canos (quò cum his sal-tent saperent) perpetuos esse jussit. Ex Surio & Virid. Raderi.

Nullus homo sibi solum Vivit, & quan-toscumque exemplo sanctæ vite ædifica-verit,

446 VITÆ SANCTORUM. 16. Iulii.  
verit, cum tantis & pro tantis mercedem  
retrebutionis beatæ vitæ accipiet & quan-  
tiscumque exemplum malæ conversationis,  
etiam si eum non sequantur, præbuit, pro  
tantis se malis norjetit rationem redditu-  
rum. S. Aug. serm. 1. de temp.

S. VITALIANUS E.P. 16. Iulii.

**C**Apuae natus VITALIanus virtutis præ-  
mium à patriâ Infulam tulit. Fue-  
runt tamen qui decus hoc inviderent a-  
lienō capiti, suo quererent. Et placuit in-  
super, cùm vel maximè seriò rem age-  
rent, fabulam tamen dare. Dormienti  
vestes suas auferunt, & in locum mulie-  
bres reponunt. Has ad preces matutinas  
vocatus imprudens induit, & templum  
petit VITALIANUS. Enimvero ridenti-  
bus aliis non riserunt scelerum sartores.  
Meretricio habitu contemeratam infulæ  
majestatem clamant. Proditam tandem  
histrionicam vel ab ipsâ nocte sanctita-  
tem. Parum fuisse cum mulieribus no-  
ctes, dies agere, nisi totas denique in mu-  
lierem abiret. Viderent nunc cives an non  
rectius colum quam pedū mulieri com-  
mitterent. Si viri essent, non laturos sic  
stolatum Episcopum. Si expiare urbem  
vellent, monstrum (Episcopum femi-  
nam) aquis sepulturos. Quid multis? dum  
patrono caret innocentia, in mare abjici-  
tur, non jam eluente, sed faciente parrici-  
dium culeo. Sed quis innocentiam mer-  
geret?